MASTER NEGATIVE NO. 93-81555-4

AUTHOR:

SCHNEIDER, EDUARD

TITLE:

QUAESTIONUM HIPPOCRATEARUM...

PLACE:

BONNAE

DATE:

1885

Master Negative #

93-81555-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88H63
DZ8 Schneider, Eduard, 1860-
v 1 Qvaestionvm Hippocratearvm specimen, dissertatio ... qvam ... defendet scriptor Edvardvs Schneider ... Bonnae, typis Caroli Georgi, 1885.
31 p. 21½ cm.

Thesis, Bonn, 1885.

Volume of pamphlets

375029

Restrictions on Use:



TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7-8-93 INITIALS SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT







AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202





QVAESTIONVM HIPPOCRATEARVM
SPECIMEN.

DISSERTATIO PHILOLOGICA
QVAM
AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS
VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE XIV M. MARTII A. MDCCCLXXXV HORA XII
PVBLICE DEFENDET
SCRIPTOR

EDVARDVS SCHNEIDER
GVESTFALVS.

ADVERSARII ERVNT
PAVLVS WENDLAND
THEODORVS SAARMANN
ERNESTVS MVELLENBACH

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.
MDCCCLXXXV.

FRANCISCO BVECHELER
EDVARDO LVEBBERT
HERMANNO VSENER

Ex magno numero librorum, qui Hippocratis nomen ferunt, paucos tantummodo ad eum referri posse post Littraei et Ermerinsi curas satis constat. Quot autem hi sint quique, adhuc nondum satis exploratum est. Certe Ermerinsius quinque libris genuinis in ordinem receptis propius ad veritatem accedit quam Littraeus, qui quattuordecim scripta Hippocrati tribuit (L. I. p. 293), quamquam ne illius quidem argumentatio ab omni parte comprobari potest. In his vero scriptis recensendis et diiudicandis cum omnes fere eam rationem secuti essent, ut ex medica doctrina in singulis libris explicata quaestionem solvere conarentur, primi Kühlewein [1]) et Kaute [2]) grammaticam ut ita dicam viam ingressi de sermone singulorum librorum quaerere coeperunt, nec sine fructu. Quorum insistens vestigiis hoc mihi proposui, ut particularum et praepositionum in usum inquirerem. Atque ex illis primum, quae maxime mihi observatione digna videbatur, τε particulam tractandam elegi; praepositionum vero omnium usus, qualis in tribus libris est, distinctam dabo et concisam descriptionem [3]).

---

1) H. Kühlewein, Observationes de usu particularum in libris, qui vulgo Hippocratis nomine circumferuntur. Gottingae 1870.

2) J. Kaute, Observationes grammaticae de modorum usu in Hippocratis scriptis genuinis. Gryphiswaldae 1876.

3) Haec dissertationis pars alio loco edetur.

De usu particulae τε.

De particulae τε usu in libris Hippocrateis disputavit Kühlewein l. l. p. 61—68. Qui quamquam in universum recte iudicavit de hac particula, tamen neque diversa usus genera satis distinxit, neque quomodo in singulis libris usus variet ea diligentia atque subtilitate exposuit, qua opus est ad huius particulae usurpationem plane dilucideque circumscribendam. Quamobrem haud inutile esse videtur denuo et quam potest accuratissime hanc quaestionem instituere et anquirere, numquid inde profici possit ad separandos genuinos libros et subditicios. Atque quo plenius cuiusque libri usum exponere atque explanare possim, non omnia scripta perscrutatus sum, sed ea mihi tractanda elegi, quae a novissimo editore Hippocrati tribuuntur; sunt autem libri, qui inscribuntur: de aëre aquis locis, de victu acutorum, de capitis vulneribus, epidemiorum libri I et III. Quibus adieci librum de vetere medicina, et ut habeamus ex spuriis[1] libris, quocum illi comparari possint et quod Littraeus hunc ipsum librum prae ceteris Hippocrati vindicaverat. Neque vero cetera scripta plane neglegenda mihi videbantur, sed non numquam conferenda ad hunc vel illum usum illustrandum. Itaque perlegi praeterea hos libros: prognosticum, de natura hominis, de arte, de fracturis, de articulis, de humoribus, epidemiorum lib. II, de officina medici, de victus ratione I, II, III, IV.

---

1) Quae Ermerinsius in Prolegom. (vol. II) de hoc libro disputavit plane comprobo, nisi quod refutanda est eius opinio de coniungendo hoc libro cum eis, qui 'de arte' et 'Lex' inscribuntur, de qua re cf. Ilbergii studia pseudippocratea. Lips. 1883. p. 28 ss.

Quoniam τε part. aut absolute ponitur aut geminata aut particulae καὶ respondens cum hac in varias formas abire potest, facile disputatio nostra in quattuor partes dividitur, quas eo ordine tractaturi sumus, ut primum de τε absolute posita disseramus, deinde de τε geminata (τε . . τε), tum de τε cum καὶ vocula ita coniuncta, ut unum vel plura verba intercedant (τε . . καὶ), denique de τε cum καὶ artissime copulata (τεκαί).

A. τε.

Invenitur his locis:

AAL.[1]) II. 16. 3. 5. 6. 7; 18. 1. 4 bis. 10; 20. 1. 2. 4. 11. 14. 16. 17; 22. 6. 8. 12. 25; 24. 2 bis. 4. 5. 8. 11. 19. 20; 26. 3. 5; 28. 1 bis. 13. 14; 32. 19; 42. 10. 11. 16; 44. 1. 2; 52. 17; 54. 1. 10. 13. 15. 17; 60. 10. 11. 12. 13. 16. 17. 20; 62. 2. 3. bis. 4. 5. 6. 7; 70. 8. 14; 72. 9[2]). 14; 74. 11; 76. 5. 6. 12. 14; 82. 2; 84. 8; 88. 1. 3[3]); 92. 1. 2. 6. 7. 8. 9.

loci dubii: 26. 6; 30. 4; 90. 5.

VA.[4]) II. 234. 3; 256. 3. 6; 272. 10; 302. 1; 312. 5; 340. 3; 342. 9. 10; 352. 6.[5]).

loc. dub.: 268. 5; 300. 3.

CV. III. 190. 5; 214. 6; 246. 2.

loc. dub.: 232. 8.

E. I. II. 620. 3; 632. 6. loc. dub.: 676. 13.

---

1) Brevitatis causa ad significandos singulos libros his utar notis: AAL. = de aëre aquis locis; VA. = de victu acutorum; CV. = de capitis vulneribus; E. I. = epidem. lib. I; E. III. = epidem. lib. III; VM. = de vetere medicina. numeri Littr. editionis volumina paginas versiculos indicant.

2) Cf. infra τε . . τε p. 17.

3) codd.: δέ et in sequenti versu τό τε ἀνδρεῖον, quod vix ferri potest; recte editores Galenum secuti scripserunt: τε . . δὲ.

4) In hoc libro maxime secutus sum codicem A (Parisinum 2253), eodem modo in E. I. et VM.

5) Unus A habet τε, cet. codd. δὲ minus recte, cum quae secuntur cum eis quae antecedunt artissime cohaereant.

E. III. III. 76. 7; 82. 3. 5. 12; 88. 2; 106. 7; 124. 7 bis. 8. loc. dub.: 94. 8; 104. 11.

VM. I. 576. 12; 578. 1 bis. 5; 586. 10; 594. 3; 598. 19; 600. 10; 612. 1; 616. 1. 4; 628. 2; 634. 12.

Ac primum discernendae sunt τε part. nova enuntiata adnectens et τε adserens singulas voces, quarum haec, cum apud Platonem saepius quam illa inveniatur[1]), a nostris libris paene aliena est. Ille autem particulae usus eo modo fit, ut aut novae enuntiationes et sententiae prioribus adserantur aut singula membra eiusdem periodi coniungantur, velut AAL. II. 22. 25: Τά τε εἴδεα τῶν ἀνθρώπων εὔχροά τε καὶ ἀνθηρά ἐστι μᾶλλον, ἢν μή τις νοῦσος κωλύῃ. Λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι κτλ. item II. 18. 10; 20. 4; 24. 2. 4. 5. 8 etc.

VA. II. 312. 5: Ἀγρυπνίαι τε ξυνεμπίπτουσιν αὐτοῖσι. item 256. 3. 6.

CV. III. 190. 5: ἐξ ἴσων τε ἐόντων τῶν τρωμάτων καὶ ἡσσόνων ..... ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος κτλ.

E. I. II. 632. 6: γεύμασί τε πᾶσιν ἡδέως εἶχον. 620. 3.

E. III. III. 76. 7: φωναί τε πολλοῖσιν ἐπεσήμαινον. eiusmodi omnia exempla sunt huius libri.

VM. cf. I. 586. 10; 612. 1; 616. 4.

Singula membra periodi copulantur τε part. his fere locis:

AAL. II. 16. 3 ss.: ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐστὶ τά τε ὕδατα πολλὰ καὶ ὕφαλα καὶ ἀνάγκη εἶναι μετέωρα, τοῦ μὲν θέρεος θερμά, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά· τούς τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν καὶ φλεγματώδεας, τάς τε κοιλίας αὐτέων πυκνὰ ἐκταράσσεσθαι κτλ. Notandus est hic locus etiam propter anacoluthon, quod vocant, quod hic deprehenditur. Primum enim τε (τά τε ὕδατα) non habet, cui respondeat. Obversabatur sine dubio scriptori talis ver-

1) Cf. Hoefer, de particularum usu Plat. capit. select. Bonnae 1882. p. 7.

borum structura, qualis haec est: ε. τ. τ. π. ἐστὶ τά τε ὕδατα πολλὰ ... οἵ τε ἄνθρωποι ... a qua persequenda eum devocavit ἀνάγκη vocula, quae postea inserta sequentium verborum regnum occupavit, ita ut quae secuntur particulae non priori illi respondeant, sed per se solae novas sententias adserant.

Alia exempla invenies ibid. 18. 1. 4; 20. 1. 2. 11. 16. 17 etc.

V. A. II. 342. 8: οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβεννύει, ἀλλὰ ὀρμᾷ δυσφορίην τε[1]) καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελέων ποιέει, ἑλκώδές τέ ἐστι κτλ. ibid. 352. 6. Huc etiam referendus est locus II. 272. 10, ubi Parisin. A haec tradit: . . . καὶ μὴ ὀκνέειν συχνὸν ἀφαιρέειν ἔστ' ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ ἀντὶ καθαροῦ τε καὶ ἐρυθροῦ πελιδνόν· ἀμφότερα γὰρ γίνεται. Ermerinsius, quem secutus est Reinholdus, ante ἀντὶ addidit ἢ posteaque pro ἀμφότερα scripsit ἀμφοτεροῖα, quod secunda manu in cod. Paris. 2165 correctum est. Non recte, ut mihi videtur. Particula enim τε non coniungenda est cum καὶ, sed verba ἀντὶ καθαροῦ καὶ ἐρ. κτλ. cum eis, quae antecedunt, coniungit, ut etiam ἀμφότερα bene se habeat neque mutandum est in ἀμφοτεροῖα.

In CV. et E. I. desunt talia exempla.

VM. I. 634. 12: περὶ δὲ δυναμίων χυμῶν, αὐτῶν τε ἕκαστος ὅτι δύναται ποιέειν κτλ. cf. 578. 5.

Inter complures sententiae partes, quae ipsae inter se varie coniunctae esse possunt, sive sola καὶ vocula copulantur, sive artius τε . . . καὶ particulis, sive μὲν . . . δὲ

1) Cavendum est, ne quis τε καὶ part. hoc loco pro sola καὶ part. positas esse putet ad duo substantiva artius coniungenda. Similia saepius leguntur et in hoc libro et in aliis cf. II. 256. 3: ὀλιγοθηροτάτη τε, καὶ ἀδιψοτάτη; ibid. 302. 1: λευκός τε, καὶ μέλας παρὰ τὸ ἔθος; AAL. II. 24. 2: Λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι ὀργήν τε, καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶ κτλ.; VM. I. 594. 3: ξυγκαίει τὴν κοιλίην, δυσκοιτέουσί τε, καὶ ἐνυπνιάζονται; ibid. 632. 15: ἐκπυήματά τε, καὶ φύματα πλεῖστα ubi τε respondet ei, quae paullo ante posita est in ὀδύναι τε ὀξύταται.

voculis, tertiam significat τε part. his locis: AAL. II. 24. 11: ὁκόσαι δὲ πρὸς τὰς δύσιας κέονται καὶ αὐτῇσίν ἐστι σκέπη τῶν πνευμάτων τῶν ἀπὸ τῆς ἠοῦς πνεόντων, τά τε θερμὰ πνεύματα παραῤῥέει κτλ. 24. 19; 88. 1. VM. I. 598. 19: ἀντὶ μὲν τῶν πυρῶν ἄρτον διδόναι, ἀντὶ δὲ τῶν ὠμῶν κρεῶν ἑφθὰ, πιεῖν τε ἐπὶ τούτοισιν οἶνου κτλ.

Hoc in genere etiam locus in E. I. est II. 620. 3, ubi priora duo membra οὔτε . . . οὔτε part. copulantur: οὔτε γὰρ αἱ αἱμοῤῥαγίαι εἰ μὴ πάνυ σμικρὰ καὶ ὀλίγοισιν οὔτε οἱ παράληροι· τά τε ἄλλα πάντα εὐφόρως.

Notandum est in CV. inter tres locos, quibus τε part. posita est, duobus eo modo eam usurpari, ut participia adnectat: III. 246. 2: ἕλκεος ἐν κεφαλῇ γενομένου ἕδρης τε ἐούσης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ. 214. 6: Ἢν δὲ μὴ καταφανὲς ᾖ τὸ ὀστέον, εἰ ἔχει τι κακὸν ἢ μὴ ἔχει, πολλῷ ἔτι χρὴ μᾶλλον τὴν ἐρώτησιν ποιέεσθαι, ψιλοῦ τε ἐόντος τοῦ ὀστέου, τὸ τρῶμα ὅκως ἐγένετο καὶ ὅντινα τρόπον, qui locus varie ab editoribus temptatus est. Littraeus enim τε ante ἐόντος delevit; Ermerinsius autem scripsit ἢ ψιλοῦ γε ἐόντος τοῦ ὀστέου. Sed neque hoc neque illud placet. Verba ψιλοῦ τε ἐόντος τοῦ ὀστέου videntur ex glossemate margini adscripto (ψιλοῦ τ ε ἐόντος τοῦ ὀστέου κ α ὶ μὴ) ita in textum inrepsisse, ut postrema verba καὶ μὴ omitterentur. Itaque delenda sunt[1]).

Similiter comparata sunt haec exempla, quae exstant in AAL. II. 42. 16 et 44. 2: Ὁκόταν γὰρ τὸ πνῖγος ἐπιγένηται ἐξαίφνης τ ῆ ς τ ε γ ῆ ς ὑ γ ρ ῆ ς ἐ ο ύ σ η ς ὑπὸ τῶν ὄμβρων τῶν ἐαρινῶν καὶ ὑπὸ τοῦ νότου, ἀνάγκη διπλόον τὸ καῦμα εἶναι ὑπό τε τῆς γῆς διαβρόχου ἐούσης καὶ θερμῆς καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καίοντος τῶν τε κοιλιῶν μὴ ξυνεστηκυιῶν τοῖσιν ἀνθρώποισι κτλ. quorum prius Kühlewein[2]) non recte

1) Hoc ita esse Usenerus me docuit.

2) l. l. p. 66. ceterum ne reliqua quidem exempla, quibus τε part. non proprio loco collocatam esse opinatur, recte ibidem affe-

intellexit, cum in collocatione particulae τε offenderet, quam cum ad sequentem καὶ part. referret, post praepositionem ὑπὸ ponendam fuisse opinabatur. Videlicet τε verba τῆς γῆς ὑγρῆς ἐούσης cum adverbio ἐξαίφνης coniungit, id quod ex collocatione clare apparet.

Restat ut unum memoremus, quod proprium est libri VM. Adhibetur enim τε part. compluribus locis eo modo, ut rerum singillatim enumeratarum agmen quasi claudat ceteras omnes uno complectens enuntiato ab ἄλλα τε incipiente, itáque idem paene valeat quod καὶ τὰ λοιπά, velut I. 600. 10: . . . ἰσχυρῶς πεφυρημένος ἢ ἀφύρητος ἢ ἔξοπτος ἢ ἔνωμος ἄλλα τε πρὸς τούτοισι μυρία· vel ibid. 628. 2: . . . ἄλλα τε πολλὰ τοιουτότροπα. 578. 2.

Iam ut transeamus ad alterum quem statuimus particulae usum, quo singulae voces adnectuntur, singula s u b s t a n t i v a in eis libris, quos perscrutatus sum, copulantur uno loco, qui exstat in AAL. II. 72. 9: σίτῳ τε χρεόμενοι ἀεὶ ὁμοίῳ, ἐσθῆτί τε τῇ αὐτῇ καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος[1]). Quae vero ibid. II. 20. 14 leguntur αἱμοῤῥοίας δὲ ἐκ τῶν ῥινέων τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων γίνεσθαι ἰσχυρὰς τοῦ θέρεος· τά τε ἱερὰ νοσεύματα καλεύμενα, ὀλίγα μὲν ταῦτα, ἰσχυρὰ δέ huc non referenda sunt, quoniam tamquam appendix priora membra secuntur, et ita quidem ut verbum,

runtur. In eo enim loco, quem ex AAL. exscripsit II. 44. 11: ἢν δὲ μὴ, κίνδυνος θανάτους τε γενέσθαι τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇσι γυναιξὶ, τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσιν ἥκιστα κτλ. τε non excipitur vocula καὶ ante τῇσι γυναιξὶ posita, sed altera illa τε part. quae sequitur: τούς τε περιγενομένους ἐς τεταρταίους ἀποτελευτᾶν. Et in loco ex E. III. allato III. 74. 3: μαδήσιές τε ὅλης τῆς κεφαλῆς ἐγίνοντο καὶ τοῦ γενείου, τε non spectat ad καὶ τοῦ γενείου, sed ad ea quae secuntur καὶ ὀστέων ψιλώματα καὶ ἐκπτώσιες καὶ πολλὰ ῥεύματα. Itaque in tota illa explicatione de particula τε non proprio loco collocata errat Kühlewein.

1) sic enim hic locus scribendus est, de quo postea plura disputabimus. cf. p. 17.

quod ex eis quae antecedunt facile simul audias, non repetatur. Itaque Kühlewein, ubi de hoc usu loquitur[1]), cum dicit omnem hanc copulandi et adiungendi rationem ab eis libris, qui ipsius Hippocratis ferantur, alienam esse, parum recte iudicat.

Adiectiva porro eo modo prioribus nusquam adnectuntur in eis scriptis, quae accurate tractanda elegi; e ceteris videas exemplum hoc: de flatibus VI. 112. 23: κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀναίσθητοι πάντων εἰσὶ κωφοί τε τῶν λεγομένων, τυφλοί τε τῶν γινομένων, ἀνάλγητοί τε πρὸς τοὺς πόνους.

Verbum denique solum adiungitur semel in VM. I. 594. 3: ταῦτα δὲ αὐτὰ μετὰ στρόφου καὶ ψόφου καταβαίνοντα ξυγκαίει τὴν κοιλίην, δυσκοιτέουσί τε καὶ[2]) ἐνυπνιάζονται κτλ. Ex ceteris libris exscripsi hunc locum: de victus ratione lib. III. VI. 634. 18: ὅταν δὲ ψύχηται, πάλιν φρίσσει· βρυγμός τε τὸ σῶμα ἔχει· ὑπνώσσει τε.

Restant loci dubii supra in locorum conspectu notati, de quibus iam facilius erit iudicium AAL. II. 26. 6: κατὰ τάς τε ἡμέρης μεταβολὰς κτλ. ll. mss.; τε part. non intellegitur, recte videtur emendata a Coraë in τῆς.

AAL. II. 30. 4 libri: διουρέεται χαλεπὰ κτλ. ex versione latina[3]) Littraeus recte restituit διουρέεσθαί τε χαλεπὰ. . . .

Ibid. II. 90. 5: ἐν ταύτῃ τῇ χώρῃ τὰ εἴδεα εἰκός τε σκληρά τε εἶναι καὶ ἔντονα, τε recte Coraës delevit.

VA. II. 268. 5 plurimi libri et editores praebent: κατὰ τὰ τεκμήρια τὰ προγεγραμμένα. Optimus codex Paris. 2253 (A) exhibet κ. τ. τεκμήρια τά τε γεγραμμένα. τε inrepsit propter sequens verbum γεγραμμένα, a similibus litteris incipiens. Eadem ratione τε part. falso intrusa est in E. I. II. 676. 13, ubi in Parisino A scriptum est: περὶ ὧν τὰ μέν πού τε γέγραπται, τὰ δὲ κτλ.

1) l. l. p. 63.
2) cf. p. 9 adnot.
3) in qua scriptum est: et ad mictionem pessimas.

Ibid. II. 300. 3: ἢ αὐτός τε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθεὶς οἵην δίψην παρέχει κτλ. sic Par. A cum aliis; nonnulli libri pro τε tradunt γε, fortasse recte, cum τε non habeat, cui respondeat. cf. ibid. vers. 7 μᾶζά γε ξηρή: A; τε ceteri. De CV. III. 232. 8: τὰ δὴ (τε: BMN) τοιαῦτα τῶν ἑλκέων τομῆς δεῖται vix monendum est vulgatam esse sinceram lectionem, quippe quae rerum et sententiarum contextu flagitetur.

Restant duo loci libri E. III., quorum altero τε part. restituenda, altero delenda est. III. 104. 11 libri: ἑπτακαιδεκάτῃ ἐπιπόνως· οὔτε γὰρ ὕπνος οὔτε πυρετὸς ἐπέτεινεν· alterum οὔτε inepte positum est, emendatur e commentariis Galeni, qui legebat ὅ τε πυρετὸς. Ibid. III. 94. 8 plurimi libri: πολλάκις πυρετοὶ ξυνεχέες, ὀξέες· ἱδρῶτές τε ἄκαιροι, πολλοὶ, ψυχροὶ διὰ τέλεος, om. τε DR′ Gal. et recte, et quod hic usus singulas voces τε part. copulandi ab epidemiorum auctore prorsus alienus est et quia quivis unum caput morbum quendam describens perlegerit, plerumque singula membra sine ulla particula sese excipere sciet.

Haec fere sunt, quae de particula τε per se sola posita disputanda erant. Sed priusquam ad alteram partem accedamus, e re esse videtur, ut, quae de usu in singulis libris statuimus, paucis comprehendamus. Vidimus igitur τε part. enuntiata inter se coniungi saepissime in AAL. Proximum locum, etsi longe ab eo distat, liber de vetere medicina obtinet et ita quidem, ut suam servet prae illo proprietatem; aliquotiens porro invenitur in VA. et E. III, rarissime denique in CV. (hoc quoque in libro proprie usitata) et in E. I. τε singulas voces copulantis unum exemplum invenimus in AAL.

Atque quae Eucken[1]) dicit Aristotelem particula τε iis maxime locis uti, ubi rei, quam oculis nostris subicere

1) R. Eucken, De Aristotelis dicendi ratione. Pars I. Observationes de partic. usu. Gottingae. 1866. p. 13 ss.

velit, imaginem accurate et perspicue depingat, prorsus idem cadit in eum qui librum AAL. scripsit, cuius rei luculenta exempla sunt capita XII et XV (ed. Littr.). Quo magis mireris eum, qui hanc dicendi rationem in illo libro adeo adamaverit, in ceteris scriptis, quae haud scio an magis talem dictionem postulaverint, ab ea plane recessisse. Unus exstat in E. III. locus, qui valde illam dictionem, quam in AAL. deprehendimus, sapit et ab epidemiorum genere dicendi plane discrepat, III. 124. 7: Ἑβδόμῃ ἐπιπόνως· ὅ γὰρ πυρετὸς ἐπέτεινεν, οἵ τε πόνοι οὐ ξυνεδίδοσαν, αἵ τε βῆχες ἠνώχλεον, δύσπνοός τε ἦν. Omnino autem epidemiorum libri in hac particularum quaestione non magni momenti sunt, cum propriam habeant dicendi rationem a reliquis libris alienam, quae et rerum, quae tractantur, natura et scriptoris consilio efficitur.

Atque cum omnia scripta, quae praeter AAL. Hippocrati tribuuntur, in particulae τε usu absoluto plurimum ab eo distent, miro modo convenit cum eo liber, qui est de victus ratione III. In eo enim libro, dimidio fere minore quam AAL., τε legitur fere XL locis.

B. τε . . . τε.

Invenitur his locis:

AAL. II. 14. 8[1]); 20. 5; 26. 14; 48. 4[2]). 6; 60. 1; 72. 17; loc. dub.: 72. 8.

VA. II. 254. 1; 262. 11; 264. 5; 310. 1; 316. 2; 372. 7; ἤντε . . . . ἤντε: 264. 9; 268. 7; 370. 10.

---

1) Paris. 2146 habet: μὲν . . . τε.

2) Libri: καὶ ὁκόσαι μὲν τῶν πολίων κέονταί γε καλῶς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν πνευμάτων, ὕδασί τε χρέονται ἀγαθοῖσιν, αὗται μὲν ἧσσον αἰσθάνονται τῶν τοιουτέων μεταβολέων. Recte Reinholdus pro γε scripsit τε, ut apparet ex eis quae secuntur: ὁκόσαι δὲ ὕδασί τε ἐλείοισι χρέονται καὶ λιμνώδεσι, κέονταί τε μὴ καλῶς τῶν πνευμάτων καὶ τοῦ ἡλίου, αὗται δὲ μᾶλλον.

CV. III. 232. 7; ἤντε . . . . ἤντε: 216. 4; 218. 11.

E. I. II. 632. 4; loc. dub.: 610. 5.

E. III. III. 128. 19; 138. 6.

VM. I. 632. 14.

In harum particularum usu magnae discrepantiae non exstant in diversis libris, nisi quod in CV., E. I., VM. singula tantum exempla inveniuntur (exceptis ἤντε . . . ἤντε voculis, quae nisi in VA. et CV. in sex libris, quos hic tractamus, non leguntur). Saepius in reliquis inter se respondent τε . . . τε.

Singulae voces vel notiones coniunguntur non plus quam ter: AAL. II. 20. 5: νοσεύματα δὲ αὐτοῖσιν ἐπιδημέει ταῦτα· πλευρίτιδές τε πολλαὶ, αἵ τε ὀξεῖαι νομιζόμεναι νοῦσοι. VA. II. 264. 5: τοῖσί τε ὅλῃσι τῇσι πτισάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε τῷ χυλῷ αὐτῷ . . . CV. III. 232. 7: τό τε ἕλκος ἥ τε σάρξ (prius τε om. BMN).

Saepius sententiae geminata part. τε copulantur:

AAL. II. 26. 14: τοῦ τε ὀμβρίου ὕδατος ἐπιτρεφομένου αἰεὶ νέου, τοῦ τε ἡλίου καίοντος. ibid. 44. 11; 48. 4. 6. VA. II. 262. 11: τό τε γὰρ πτύελον ἐνισχόμενον πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιέει, τό τε πνεῦμα πυκνὸν ἐὸν ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον. item: E. III. III. 128. 19. VM. I. 632. 14.

Pronomina relativa τε . . . τε part. copulata inter se respondent ter in VA. II. 310. 1: ἐν ᾗσί τε . . . ἐν ᾗσί τε; 372. 7: οὕς τε μέλλει λουτρὸν ὠφελέειν . . . οὕς τε μή; 316. 2: αἵ τε . . . αἵ τε . . . αἵ τε . . . ὁκόσα τε; praepositiones semel in AAL. II. 60. 1: ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός.

Aliquotiens τε . . . τε part. tertia τε excipiuntur, velut E. III. III. 138. 6:

οἵ τε γὰρ πυρετοὶ . . . κοιλίη τε . . . οὖρά τε . . . aut quarta velut in VA. II. 316. 2; aut denique tertio loco sequitur καὶ vel. AAL. II. 72. 17: τά τε εἴδεα ἔοικεν ἀλλήλοισι τά τε ἄρσενα τοῖσιν ἄρσεσι καὶ τὰ θήλεα τοῖσι θήλε-

σιν[1]). VA. II. 254. 1. ss.: αἵ τε γὰρ ὀδύναι . . . αἵ τε καθάρσιες . . . καὶ αἱ κρίσιες. Ceterum in VA. τε . . . τε part. nisi cum articulo vel pronominibus coniunctae, si excipis ἤντε . . . ἤντε, non leguntur.

Non raro autem fit, ut τε particula copulativa excipiatur adversativa δὲ (quod maxime fieri solet, ubi cum γὰρ coniuncta legitur) aut οὔτε vel μήτε voculis respondeat, velut AAL. II. 62. 2: τά τε γὰρ μεγέθεα μεγάλοι, τὰ πάχεα δ' ὑπερπαχέες; ibid. 74. 11: τά τε γὰρ ἄρσενα . . . τὰ δὲ θήλεα; utroque loco Coraës non recte δὲ correxit in τε; ibid. 32. 19: τήν τε γὰρ ἀρχὴν . . . ἔτι δὲ πρὸς τούτοισιν (p. 34. 13).

E. I. II. 610. 5. et ibid. 632. 4[2]). Οὔτε . . . τε inter se respondent: AAL. II. 76. 4: οὔτε γὰρ ἐπιμήνιος κάθαρσις αὐτῇσι γίνεται . . . τό τε στόμα τῶν μητρέων ὑπὸ πιμελῆς ξυγκλείεται κτλ. VA. II. 342. 8: οὔτε γὰρ ἐξ ὑποχονδρίων καῦμα σβεννύει, ἀλλὰ ὁρμᾷ · δυσφορίην τε καὶ ῥιπτασμὸν τῶν μελέων ποιέει. E. III. III. 104. 11: οὔτε γὰρ ὕπνοι, ὅ τε πυρετὸς ἐπέτεινεν (de quo loco cf. p. 13). μήτε . . . τε: AAL. II. 82. 2: ὥστε μήτε χειρὶ ἅπτεσθαι τοῦ αἰδοίου, ὑπό τε τοῦ ψύχεος καὶ τοῦ κόπου ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἱμέρου κτλ.

De particulis τε γὰρ non opus est pluribus disserere, quoniam quae Kühlewein de his iudicavit[3]) — numquam τε γὰρ idem significare atque 'namque', 'etenim', sed semper τε habere cui respondeat — haec mihi quoque de hac re

---

1) Sed de hoc loco valde dubito, num sanus sit. Primum enim membrum τά τε εἴδεα ἔοικεν ἀλλήλοισι duo alia complectitur, vel potius verba τά τε ἄρσενα τοῖσιν ἄρσεσι καὶ τὰ θήλεα τοῖσι θήλεσι, cum explicationem contineant primi membri, τε part. vix cum eo coniungi possunt. Quamobrem pro τε scribendum esse censeo γε, quod optime in sensum quadrat, cum dicere velit Hippocrates propter obesitatem Scytharum figuras saltem inter se esse simillimas.

2) de quibus cf. p. 17.

3) l. l. p. 66 ss.

quaerenti comprobata sunt. Ceterum hoc memorandum esse mihi videtur τε γὰρ inveniri semel in CV. et VM., saepius in reliquis libris.

Sed ut redeat unde deflexit oratio, ad τε . . . τε particulas, in nullo libro hoc copulandi genus tam frequens deprehendi, quam in eo, qui est de arte, qui pro ambitu suo prorsus scatet his particulis (cf. VI. 10. 24; 14. 1. 20; 16. 2. 8. 9. 13; 18. 3. 17 alia); contra in libro VM., quem Ermerinsius cum illo et cum 'Lege' (νόμος) conglutinavit, non plus semel legitur τε . . . τε.

Restat ut de dubiis locis pauca disseramus. AAL. II. 72. 8. libri: διότι καὶ τὰ εἴδεα ὅμοια αὐτὰ ἑωυτέοισίν εἰσιν· σίτῳ τε χρέονται αἰεὶ ὁμοίως ἐσθῆτί τε αὐτέῃ καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος, τόν τε ἠέρα ὑδατεινὸν ἕλκοντες καὶ παχὺν, τά τε ὕδατα πίνοντες ἀπὸ χιόνος καὶ παγετῶν, τοῦ τε ταλαιπώρου ἀπεόντος· Coraës ὅμοια αὐτὰ mutavit in ὅμοιοι αὐτοὶ et χρέονται in χρεόμενοι, quod Barber. cod.[1]) auctoritate confirmatur. Sed ne sic quidem omnia plana; legendum igitur esse censeo locum ita: σίτῳ τε χρεόμενοι αἰεὶ ὁμοίῳ (Coraës) ἐσθῆτί τε τῇ αὐτῇ (Reinh.) . . . τοῦ τε ταλαιπώρου ἀπεόντες, ita ut quattuor participia τε part. copulentur, verba autem ἐσθῆτί τε τῇ αὐτῇ artissime coniungantur cum σίτῳ . . . ὁμοίῳ.

E. I. II. 610. 5 vulgo legitur: κοιλίαι τε ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως . . . οὖρά τε τοῖσι πλείστοισι κτλ.; A habet: κ. τε γὰρ τοῖσι πλείστοισι . . . οὖρα δὲ κτλ.; rectissime, cf. ibid. 632. 4: κοιλίαι τε γὰρ . . . οὖρα δὲ . . .; ταραχώδεες falso intrusum est ex aliis locis: ibid. 608. 4; E. III. III. 110. 6. al.

C. τε . . . καί.

Legitur his locis:

AAL. II. 12. 4[2]); 14. 22; 20. 11; 22. 22; 24. 18; 26. 7. 8. 9.

---

1) cf. Herm. XVIII. p. 21.

2) τε om. Paris. 2146.

15. 17; 28. 6; 30. 6; 32. 20; 38. 10; 40. 3; 44. 1; 46. 2. 15; 50. 6 52. 15; 54. 7. 10. 11. 14. 17; 58. 1. 20; 60. 3. 15; 64. 3. 12. 16; 70. 12; 76. 2; 82. 8; 84. 3. 9; 86. 5. 10. 13; 88. 7. 8; 90. 6. loc. dub.: 28. 5[1]); 90. 1[2]).

VA. II. 238. 3. 5. 8; 258. 2; 270. 4; 276. 8; 300. 10; 302. 1; 304. 1; 336. 12; 346. 12; 370. 11.

CV. III. 182. 13; 184. 11[3]); 188. 2. 12; 190. 1. 2. 3. 6. 11. 14; 192. 3; 194. 3; 196. 4; 206. 2; 210. 10; 214. 13. 17; 216. 6; 218. 9. 17; 220. 3. 5. 6. 9; 224. 1; 232. 6; 238. 2. 13; 242. 21; 246. 5. 7; 250. 3. 6. 11; 256. 3. 7; 258. 12. 18; 260. 3.

Loc. dub.: 200. 5; 214. 3[4]); 218. 5[5]); 228. 10[6]); 246. 9[7]).

E. I. II. 618. 11.

E. III. III. 74. 3. 4; 86. 3; 92. 8; 104. 4; 128. 23.

VM. I. 570. 7; 572. 11; 580. 4. 10. 11; 582. 7. 12; 590. 7. 15; 594. 11; 600. 11; 604. 9. 10; 622. 7. 11; 628. 9; 630. 1.

In his particulis adhibendis mirum est, quantum singuli libri inter se differant. Abundant ea sententiarum et vocum coniunctione libri AAL., CV., VM; saepius invenitur in VA., raro in E. III., semel in E. I.

Coniunguntur autem τε . . . . καὶ part. et sententiae

---

1) libri: . . . οἱ ὕδρωπές τε καὶ πλεῖστοι γίνονται καὶ θανατωδέστατοι. Coraës τε delevit, ut fieret: καὶ πλ. καὶ θ. ipse quoque sic scribendum censeo, etsi καὶ . . . καὶ part. perraro leguntur in hoc libro et maluerim valde usitatam structuram πλεῖστοί τε γίνονται καὶ θανατ. (quam receperunt e Galeni commentariis Littraeus et Reinholdus), dummodo intellegi possit, quomodo τε καὶ post ὕδρωπες inrepserit. Cogitari etiam potest de adiectivo post ὕδρ. omisso.

2) τε part. Paris. 2255 tradita neque sensu neque usu postulatur.

3) τε: BMN.; om. vulg.

4) τε om. MN.

5) πρὸς τὸ ὀστέον vulg.; ἔς τε τὸ ὀστέον BMN.

6) τε BMN.; om. vulg.

7) corruptus est hic locus varieque temptatus; ego Emerinsi lectionem amplector: αὐτό τε ἔξαιμόν τε γενόμενον καὶ ξηρὸν . . .

et singula verba fere ubique eodem modo, nisi quod in VA. et VM. plerumque invenies sententias copulatas.

Exempla cuiusque generis haec affero: AAL. II. 60. 15: ὑπό τε τοῦ ἡλίου σηπόμενα καὶ ὑπὸ τῶν ὄμβρων ἐπαυξανόμενα. VA. II. 276. 8: ἢν ἥ τε ὀδύνη πεπαυμένη ᾖ καὶ μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶται. CV. III. 214. 3: ὅσον τέ ἐστι τὸ κακὸν καὶ τίνος δεῖται ἔργου. E. I. II. 618. 11: οἱ μὲν οὖν καῦσοι ἐλαχίστοισί τε ἐγένοντο καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν; item E. III. III. 128. 23; VM. I. 580. 4.

Singula verba, sive adiectiva sive substantiva, conectuntur:

AAL. II. 24. 18: ἀχρόους τε εἰκὸς εἶναι καὶ ἀῤῥώστους. ibid. 58. 20: δεσμά τε προσφέροντες καὶ τεχνήματα ἐπιτήδεια. VA. II. 300. 10: ὑδαρής τε οἶνος καὶ ἄκρητος. CV. III. 250. 11: ἴσων τε ἐόντων καὶ ἀσθενεστέρων. ibid. 238. 13: δῖνός τε ἔλαβε καὶ σκότος. VM. I. 572. 11: ἤν τις ἱκανός τε ἐὼν καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς κτλ. ibid. 590. 15: τά τε (A) ἁμαρτήματα καὶ ἡ ἀτεχνίη. Haud raro etiam eodem modo atque ad τε . . . τε part., alterum καὶ accedit velut, AAL. II. 46. 2: λεπτά τε ἐόντα καὶ ἀσθενέα καὶ νοσώδεα. VA. II. 302. 1; CV. III. 220. 3; vel tertium, velut VA. II. 346. 11: λαμπρόν τε γὰρ καὶ λεπτὸν καὶ λευκὸν καὶ διαφανὲς γίνεται. al.

Hoc loco exemplum subiungam, cuius simile non inveni, ubi inter se respondent τε et ἤ: exstat autem in CV. III. 236. 8: μηδὲ διαγινώσκῃς εἴ τέ τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν . . . ἢ καὶ οὐκ ἔχει.

Iam vero respiciendum est, quae ratio intercedat inter τε . . . καὶ et καὶ . . . καὶ particularum usum. Notum enim est particulas καὶ . . . καὶ sicut apud poetas ita apud prosae orationis scriptores paullatim exolevisse et in earum locum successisse τε . . . καί. Atque in AAL. et CV. prae multitudine illarum particularum pauca tantummodo exempla exstant. Invenies enim in AAL. duodeciens fere adhibitas καὶ . . . καὶ, deciens in CV. Paullo frequentiores

sunt et τε . . . καὶ part. numero paene respondent in VM. At in VA. multo saepius leguntur καὶ . . . καὶ (τε . . . καὶ XII locis, καὶ . . . καὶ fere XXIV l.). Qua ex re noli tamen putare me colligere ad maiorem aetatem hunc librum recedere quam ceteros; immo, hoc mihi persuasum est compositum eum esse, sive Hippocrates scripsit sive alius, post ea scripta, quae omnium consensu Hippocrati tribuuntur, h. e. AAL., CV., E. I., E. III.

Quamobrem quod Kühlewein de hoc usu dicit[1]) 'sententias particulis καὶ . . . καὶ in omnibus his libris saepissime copulari' a veritate multum abest. Copulantur enim sententiae in AAL. fere ter vel quater (quae affert K. ex hoc libro exempla II. 28. 12: καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι μόλις καὶ τίκτουσι χαλεπῶς et (l. l. p. 56) ibid. 86. 12: ἐνταῦθα εἰκὸς εἴδεα μεγάλα εἶναι καὶ πρὸς τὸ ταλαίπωρον καὶ τὸ ἀνδρεῖον εὖ πεφυκότα falsa sunt, cum prius καὶ non respondeat alteri, sed totam quae sequitur sententiam adiungat), in VA. fere octiens, in CV. ter, in E. I. bis, in E. III. et VM. quater.

Quod attinet ad ceteros collectionis Hippocr. libros, in nullo eorum, quos legi, numerus particularum τε . . . καὶ accedit ad librum CV. Persaepe tamen occurrunt in libris, qui inscribuntur περὶ φύσιος ἀνθρώπου et περὶ διαίτης III, quem iam supra in τε particula absolute adhibenda excellere memoravi. In scriptiunculis denique περὶ χυμῶν et κατ' ἰητρεῖον plane desunt.

His igitur de particularum τε . . . . καὶ usu expositis, priusquam ad postremam quam posuimus huius quaestionis partem transeamus, de hac ipsa re pauca praemittenda sunt, cur hanc partem secernam ab ea, quam modo tractavimus. Videlicet is usus, quo τε . . . . καὶ part. singulae voces ita coniunguntur, ut τε et καὶ continuae ponantur (velut: σχολή τε καὶ ῥαθυμίη), principio haud diversus est ab eo, quo τε

---

1) l. l. p. 55.

et καὶ uno vel pluribus verbis interiectis separantur. Hic autem τε ea ratione ponitur ut, quae non nullis interiectis secuntur eiusdem enuntiationis partes vel novae sententiae, eae indicentur, itáque singulae partes totius periodi artius concinniusque inter se cohaereant. Ubi nihil interpositum est, illa significatione non opus esse videtur. Et tamen eiusmodi locis persaepe τε καὶ particulis verba copulantur. De hoc autem usu apud grammaticos et eos, qui de particulis singulorum scriptorum egerunt, frustra quidquam quaeres, cum nemo eorum distinguat inter τε . . . . καὶ et τεκαί. Unus Carolus Fuhr de hac re pluribus disputavit in mus. Rhen. XXXIII. p. 578 ss. et non modo oratores, sed etiam alios sicut Plutarchum quam maxime hanc collocationem particularum evitasse demonstravit. Atque cum libri Hippocratei in ea re valde inter se differre invenirem, e re esse putabam, collectis omnibus locis hunc usum seorsum tractare.

D. τεκαί.

Legitur his locis:

AAL. II. 12. 5. 15. 17. 20; 14. 11; 18. 22. 23; 22. 4; 24. 1; 26. 16. 19; 28. 10. 14; 30. 4; 32. 1; 34. 17; 36. 1; 38. 3. 10. 21; 42. 9; 44. 14; 48. 1; 54. 9; 58. 5. 6 bis. 7; 60. 11; 62. 5; 64. 1. 14; 66. 6; 72. 17; 74. 20; 78. 18; 84. 11; 88. 9; 90. 4. 7; 92. 3. 9. 11.

Loc. dub.: 12. 1; 28. 2.

VA. II. 260. 7; 266. 6; 300. 4. 5; 302. 4; 328. 2; 342. 2; 352. 1.

CV. III. 190. 4. 9. 17; 192. 8; 194. 1; 196. 7; 200. 1. 5. 11 bis. 13 bis; 204. 2. 6. 7; 208. 14; 220. 2. 15; 242. 18; 244. 9; 246. 9; 250. 12[1]).

---

1) Accedunt: 238. 7; 258. 19, ubi legitur ἄλλως τε καί, quae locutio in reliquis V libris non exstat, in 'Coacis' bis et viciens, ut dicit Kühlewein (l. l. p. 65).

Loc. dub.: 200. 4; 208. 5. 12 bis[1]); 218. 7.

E. I. II. 622. 4.

E. III. III. 98. 1; 120. 4; 134. 3; 148. 1; dub. l.: 88. 1.

VM. I. 570. 4. 11; 572. 3. 10. 21; 574. 2. 10. 11. 13; 576. 2. 3. 5. 9. 10 bis. 15. 18. 21; 578. 1. 2. 4. 6. 7. 10. 14; 580. 1 bis. 2. 4; 582. 5. 13. 14; 584. 4. 9. 10. 11. 14; 586. 5. 6. 12. 14; 588. 5. 13; 590. 9. 14; 592. 9; 594. 4. 10 bis; 596. 1; 600. 6. 15; 602. 11. 17; 604. 2. 3. 4; 606. 10. 16. 20; 610. 6; 612. 2. 4. 8; 614. 1. 3. 4. 6. 8. 9; 616. 12. 13; 618. 13. 15. 16; 622. 8; 624. 6; 626. 8. 11. 13 bis. 15. 16 bis. 18; 628. 4. 10 bis; 630. 4. 5. 6. 8 bis; 632. 2. 4 bis. 5. 8. 9. 11 bis; 634. 3.

Ecce quantum in hac re libri inter se distent, cum in VM., breviore aliquanto quam reliqui, saepissime (CII loc.) τεκαὶ legatur, persaepe in AAL. nec non in CV, raro in VA. rarissimeque in E. I. et III. Atque ipsa res fert, ut haec collocatio particularum τεκαὶ non fiat nisi in singulis vocibus vel notionibus copulandis sive substantivis sive adiectivis adverbiisque sive verbis; plerumque autem occurrit in adiectivis adserendis. At certam legem, qua scriptor aut illa (τε . . . . καὶ) aut hac (τεκαὶ) structura uteretur, non inveni, cum in notionibus simillimis variet, cf. AAL. II. 54. 7: τοῖσί τε οὐρανίοισι καὶ τοῖσιν ἐκ τῆς γῆς; ibid. 84. 3; 86. 5. al. — et ibid. 74. 20: τῆς κοιλίης τὴν μαλθακότητά τε καὶ τὴν ψυχρότητα; vel VM. I. 580. 10: τοῖσί τε κάμνουσι καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν et ibid. 570. 4: τῶν νούσων τε καὶ τοῦ θανάτου. Sunt tamen perrara eiusmodi exempla, quibus τε et καὶ part. in coniungendis nominibus vel eiusmodi notionibus, quae articulo addito nominis vice funguntur, non separantur et omnino nomina, si excipis librum VM, raro τε καὶ part. copulantur; ubi copulantur, ita sunt comparata, ut aut utrumque careat articulo aut priori tantummodo articulus praepositus sit, ita ut ambo unam efficiant

---

1) 208. 5: τε om. BMN; 208. 12: στενότεραί τε καὶ ἧσσον στεναὶ MN; τε καὶ η. στ. om. vulg.; ibid. τε καὶ πάνυ: BMN.

enuntiationem, velut CV. III. 194, 1: ἄνευ ῥωγμῆς τε καὶ φλάσιος; VM. I. 576. 2: δίαιτάν τε καὶ τροφὴν· ibid. 3. 5. al. mult. AAL. II. 92. 11: αἱ μὲν ἐναντιώταται φύσιές τε καὶ ἰδέαι. VM. I. 582. 5: τῇ κρήσει τε καὶ ἑψήσει; ibid. 578. 2; 580. 2. Persaepe etiam in hoc copulandi genere καὶ part. altera excipitur καὶ, velut AAL. II. 12. 15: σκληροῖσί τε καὶ ἐκ μετεώρων καὶ ἐκ πετρωδέων. item CV. III. 242. 18. VM. I. 576. 3. 5. 10 al. mult.; interdum etiam tertia: AAL. II. 12. 20: φιλογυμνασταί τε καὶ φιλόπονοι καὶ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι.

Hoc quoque observasse mihi videor in libris AAL. et VM. τε καὶ part. multis locis solius part. καὶ vicem praestare maximeque in VM., quem plane redundare hac verborum copulatione supra vidimus. Ex ceteris scriptis proxime ad eum accedit liber, qui περὶ φύσιος ἀνθρώπων inscribitur, atque etiam in Prognostico τε καὶ part. admodum sunt usitatae.

Notabile denique hoc est nec non mirum, quod non nullis locis in AAL., CV., VM. τε καὶ particulis notiones plane contrariae coniunguntur, ubi magis disiunctivam particulam desideres quam copulativam, velut CV. III. 200. 11: μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον φλᾶται, ibid. 220. 15: μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον τρωθέντος; ibid. 250. 11: ὁμοίως τε καὶ ἧσσον[1]), ubi exspectas: μᾶλλον ἢ ἧσσον et ὁμοίως ἢ ἧσσον· Simili modo in AAL. II. 42. 9: ἐπὶ τοῖσιν ἄστροισι δύνουσί τε καὶ ἐπιτέλλουσιν, in VM. I. 574. 2: δι' οἵας προφάσιας αὔξεταί τε καὶ φθίνει. Quod vero AAL. II. 12. 5 libri manuscripti tradunt: ἔπειτα δὲ τὰ πνεύματα τὰ θερμά τε καὶ ψυχρὰ huc referri non potest, cum sine dubio cum Coraë scribendum sit: τὰ θερμά τε καὶ τὰ ψυχρά; item VM. I. 606. 20, ubi libri exhibent: ἅμα τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρὸν, mutandum esse puto: ἅμα τὸ θερμόν τε καὶ τὸ ψυχρὸν (Reinholdus: τό τε θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν).

---

1) Cf. Anaxagorae fragm. 16 (Mullach. edit. I. p. 251): ἐν τοῖσι μείζοσί τε καὶ ἐλάσσοσι.

Restant nonnulli dubii loci, de quibus pauca addenda sunt. Atque primus exstat in titulo libri AAL. qui varie in codicibus et in Galeni commentariis traditur et de quo Coraës in praefatione[1]) editionis suae pluribus verbis disseruit. Parisinus enim 2255 sic tradit: περὶ ἀέρων, ὑδάτων τε καὶ τόπων (cet. om. τε καὶ), quod valde miror placuisse Coraï, qui dicit (edit. II. p. 121): '*je ne doute point que, vu le fréquent usage des particules* τε καὶ *réunies, que l'auteur fait dans tout ce traité, cette dernière leçon ne soit la véritable*'. Immo, reicienda est haec lectio et ex ipsa frequentia particularum τε καὶ hoc quoque loco eas intrusas esse facile conicias. Difficilius est iudicare de altero loco, ibid. 28. 2, ubi libri praebent: τάς τε κοιλίας ξηροτάτας τε καὶ τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω ἔχειν. Coraës quidem et Littraeus τε deleverunt, Ermerinsius et Reinholdus scripserunt: ξηροτάτας τε καὶ θερμοτάτας καὶ κτλ., rectius hi quidem, cum τε part. post ξηροτάτας posita certe alterum adiectivum omissum indicet, sed quod fuerit, in dubio relinquendum est. CV. III. 200. 4 verba καὶ αἱ μὲν ἰθύτεραι, αἱ δὲ ἰθεῖαί τε καὶ πάνυ (αἵ δ' εὐθεῖαι πάνυ MN; εὐθεῖαι πάνυ B) recte emendata esse puto a Littraeo hunc in modum: καὶ αἱ μὲν ἰθύτεραί τε καὶ ἰθεῖαι πάνυ; ibid. 218. 7 vulgata lectio est: καὶ ἥκιστα κοῦφον καὶ ἥκιστά τε καὶ ὀξὺ καὶ μαλθακὸν, quam etiam Ermerinsium secutum esse valde miror. BMN omittunt τε καί, sed haud scio an hoc correctori cuidam debeatur, qui corruptelae mederi volebat; equidem malim καὶ ἥκιστα delere, quae falso repetita esse puto, et scribere: καὶ ἥκιστα κοῦφόν τε καὶ ὀξὺ καὶ μαλθακόν.

Haec fere sunt, quae in perlustrandis et examinandis sex libris de usu particulae τε notanda mihi esse videbantur. Iam retro oculos paulisper vertamus et recordemur, quomodo singuli libri hoc usu inter se discrepent, ut maximis discrepantiis breviter comprehensis videri possit, quid inde

1) p. CXXXVI ss.

ad diiudicandos et distinguendos libros collectionis Hippocrateae proficiatur. Maximam igitur differentiam intercedere statuimus in adhibenda particula τε per se sola posita ad copulandas sententias et enuntiationes, qui usus tritissimus est in AAL., perrarus in VA., E. I. et III., VM., paene alienus a libro CV. Deinde particulae τε .... τε inter se respondent saepius in AAL. et VA. (hoc autem in libro ubique aut cum articulo aut cum pronominibus coniunctae), in ceteris maximeque in CV. et VM. propemodum evitantur. Plurimum vero a reliquis libris (exceptis E. I. et III, quorum dicendi genus omnino ab omnibus particulis abhorret) distat VA. usu particularum τε .... καί, quae cum in AAL. et CV. frequentissimae sint sororesque καὶ .... καὶ paene expulerint, in VA. raro occurrunt, illisque (καὶ .... καὶ) regnum concesserunt. Accedit, quod τε et καὶ, ubi singulae voces coniunguntur, in AAL., CV., VM. saepissime ita ponuntur, ut καὶ nullo verbo interiecto excipiat τε, cuius collocationis in VA. non plus quam octo invenimus exempla.

Sunt sane haec discrimina satis magna atque gravia, ut moveant dubitationem, num re vera hi libri ab eodem omnes conscripti sint; atque imprimis in suspicionem vocatur liber de victu acutorum. Iam conferamus, quid Kühlewein et Kaute de aliarum particularum et de modorum usu statuerint. Quorum affero ipsorum verba. Kühlewein l. l. p. 97 et 98: 'Primum in hoc libro (sc. VA.) μέν solitarium compluries deprehendimus, quod in libro, qui est de cap. vulneribus nusquam, in libro qui est de aëre aquis locis semel invenitur. Deinde in illo nihil est frequentius ratione opponendi per particulas μὲν ... μέντοι, μὲν ... ἀτάρ, μὲν ... γε μήν, quod in illis nusquam invenitur, uno loco excepto (de aër. aqu. l. § 32), quin etiam particula ἀτάρ omnino in utroque libro deest, particula μέντοι in altero semel tantum exstat. Et simile discrimen in usu particulae καίτοί observatur. Accedit quod μὲν δή, μέν γε,

μέν τοι libri, qui est de victu acutor., propria sunt. Tum δὲ δή, δέ γε, γὰρ οὖν, quarum particularum exempla idem liber obtulit, in illis duobus libris nusquam exstant. Denique videas, quanto latior sit usus particulae δή in libro, qui est de victu acutorum, et quanto saepius cum aliis voculis coniungatur. Quid ex tot tantisque discrepantiis concludendum sit, equidem hoc loco diiudicare non periclitor' e. q. s.

Kaute summam totius quaestionis suae hunc in modum comprehendit (l. l. p. 37):

'I. Optativus praecipue in sententiis relativis hypotheticis ab Hippocrate saepissime usurpatur, nusquam vero in libris de V A. et C V.

II. Optativus, quo cum cautela aliquid dici Hippocrates significavit, ubique occurrit.

III. Imperativi forma nulla exstat nisi in libro de V A., idem valet de adiectivi verbalis usu.

IV. Infinitivus imperativi loco positus saepius invenitur in libro de V A. quam in reliquis scriptis.

V. Infinitivi usitatissimi apud Hippocratem, qui nominativi vel alius casus locum tenere videtur pendens ex ἀνάγκη ἐστίν, εἰκός ἐστιν, οἷόν τε in libro de V A. nulla praeter unum exempla inveniuntur.

VI. Coniunctionum quarundam usus non occurrit nisi in libro de V. A.'

His argumentis usus librum VA. negat Hippocratis esse.

Itaque quod Kühlewein leviter significavit, Kaute certis verbis contendit, librum de victu acutorum spurium esse, id hac quoque quaestione de particulae τε usu egregie comprobatur, si modo liber 'de aëre aquis locis' Hippocratis est, id quod non constat. Quamobrem quid ex tantis discrepantiis colligendum sit, equidem eo modo enuntiaverim, ut dicam librum 'de victu acutorum' non posse ab eodem conscriptum esse, cui librum 'de aëre aquis locis' debeamus. Atque idem iudicium haud

scio an etiam faciendum sit de libro, qui est de capitis vulneribus. Licet enim nonnulla discrimina, quae inter eos intercedunt, diverso efficiantur argumento, in quo quisque versatur, causa cur τε particula, illic frequentissima, hic paene evanuerit, inde repeti certe non potest. Neque quod Petersenus (in indic. schol. in gymnas. Hamburg. acad. hab. a. 1839 p. 26) coniecit, esse in libro 'de capitis vulneribus' scribendi genus concisius illud, quod Hippocratis adulescentis et viri fuisset, cum provectiore aetate copiosius scripsisse videatur, ne hoc quidem probabile est. Sed haec iam missa faciamus, de quibus postea plura me prolaturum esse spero. Hoc unum addo librum 'de aëre aquis locis' tanta non modo argumenti sed etiam dicendi generis esse proprietate[1]), ut vix ullum ex tota collectione Hippocratea scriptum cum eo comparari possit.

---

1) Cui rei praeter alia etiam hoc argumento est, quod in AAL. cum neutris pluralibus saepe iunguntur verba pluralia, quod in reliquis libris aut nusquam fit aut perpaucis tantum locis. En habes omnia cuiusque libri exempla: AAL. II. 18. 9: καὶ ὁκόσα ὀξέα νουσήματα νομίζονται. 26. 3: οὐ γὰρ προσέχουσι τὰ πνεύματα· ἅ τε προσέχουσιν αὐτοῖσι καὶ προσκέονται, ὑδατεινότατά ἐστιν. 30. 3: ταῦτα γὰρ πάντα ὑπὸ βίης γίνονται τοῦ θερμοῦ. 30. 10: ὧν τὰ ῥεύματα πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου ἐῤῥώγασι. 36. 24: ἀπὸ λίμνης, ἐς ἣν ῥεύματα πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ἀφικνεῦνται. 38. 24: ὥστε τὰ αἰδοῖα τρίβουσι καὶ ἕλκουσι τὰ παιδία τὰ λιθιῶντα. 68. 14: τὰς δὲ ἁμάξας ἕλκουσι ζεύγεα. 70. 12: πνέουσι πνεύματα. 72. 3: τὰ πεδία ... οὐκ ἐστεφάνωνται ὄρεσιν. 72. 8: τὰ εἴδεα ὅμοια αὐτὰ ἑωυτοῖσίν εἰσιν. 74. 13: τὰ ἄρσενα ... κάθηται ... καὶ χρέονται κτλ. 86. 7: ἔνεισι δὲ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ φῦλα κτλ.

VA. II. 290. 1: τὰ ἄκρα διαψύχονται (Galen. bis διαψύχεται). 312. 3: ἐνίοτε ὠμὰ ἐπισπῶνται.

CV.: nullum exstat exemplum.

E. I. II. 652. 7: ἄκρεα οὐκ ἔτι ἐθερμαίνοντο (ἀνεθερμαίνοντο A), sed cf. 686. 12 et 688. 1. 652. 7 vulg.: ἀλλ' ᾖσαν (ἄκρεα) πελιδνὰ, sed ACR'Gal. exhibent pro ἀλλ' ἦσαν: ἀλλὰ.

E. III. III. 84. 12: ἀπώλλυντο τὰ πλεῖστα (sc. παιδία). libri inter se dicrepant: 58. 3; 92. 5; 94. 18; 98. 8.

VM.: nullum exstat exemplum.

Emendationes.

I. De morbo sacro § 1 (L. VI. p. 356. 15):

Εγὼ δὲ δοκέω Λιβύων τῶν τὴν μεσόγειον οἰκεόντων οὐδένα ὑγιαίνειν, ὅτι ἐν αἰγείοισι δέρμασι κατακέονται καὶ κρέασιν αἰγείοισι χρῶνται, ἐπεὶ οὐκ ἔχουσιν οὔτε στρῶμα οὔτε ἱμάτιον οὔτε ὑπόδημα ὅτι μὴ αἴγειόν ἐστιν˙ οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἄλλο προβάτιον ἢ αἶγες καὶ βόες· Haec verba corrupta sunt et interpolationibus deformata. Sequi debemus codicem Vindobonensem (θ), qui haec exhibet: ἐγὼ δὲ δοκέω Λιβύων τῶν τὴν μεσόγεον οἰκεόντων οὐδὲν ἂν ὑγιαίνειν, εἴ τι ἐπ᾽ αἰγείοισι δέρμασι ἢ κρεασινην ὡς ἐκεῖ γε οὐκ ἔχουσιν κτλ.; e quibus facile haec eruuntur egregia: . . . τῶν τὴν μεσόγαιον οἰκεόντων οὐδέν᾽ ἂν ὑγιαίνειν εἴ τι ἐπ᾽ αἰγείοισι δέρμασι καὶ[1]) κρέασιν ἦν κτλ. In fine verba καὶ βόες, quamquam in omnibus libris traduntur, delenda sunt, quippe quibus tota argumentatio convellatur. Commentatoris vel librarii cuiusdam esse videntur, qui in Libya praeter capras etiam boves esse sciebat.

II. Ibid. § 10 (L. VI. 378. 10): ἐς δὲ τὰ δεξιὰ μᾶλλον καταῤῥέει ἢ ἐς τὰ ἀριστερὰ, ὅτι αἱ φλέβες εἰσὶ κοιλότεραι καὶ πλέονες ἢ ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσιν· Post αἱ φλέβες aliquid deesse videtur, quo accuratius declaretur, quaenam venae dicantur. Vindobonensis habet: ... ὅτι αἱ φλέβες ἐπικοιλότεραί εἰσι καὶ πλ. κτλ. ex quibus restituo: ὅτι αἱ φλέβες ἐκεῖ κοιλότεραί εἰσι κτλ.

III. De internis affectionibus § 17 (L. VII. 206. 12): οὗτος τόδε πάσχει˙ ὀδύναι πιέζουσιν αὐτὸν ἐς τὴν λαπάρην

1) καὶ pro ἢ, quae nulla mutatio est, scripsi, quia in θ est δέρμασι non δέρμασιν.

καὶ ἐς τὸν κενεῶνα καὶ ἐς τὴν ὀσφῦν καὶ ἐς τοὺς μύας τῆς ὀσφύος καὶ πάσχει ὁκοῖα γυνὴ ὠδίνουσα, καὶ οὐκ ἀνέχεται ἐπὶ τοῦ ὑγιέος κατακείμενος, ἀλλ' ἄγαν πονέει, καὶ τοῦ κενεῶνος δοκέει κατακρέμασθαι ὡς ἀποῤῥησόμενα˙ ἐπὶ δὲ τὰ πρηνέα ἢν κατακέηται, οὐκ ἀλγέει. Mira sane haec est oppositio: ἐπὶ τοῦ ὑγιέος κατακείμενος et ἐπὶ δὲ τὰ πρηνέα ἢν κατακέηται. Cod. Vindob. praebet (cf. L. X. LXVIII) ἐπὶ δὲ ἀπονείην κατακαίηται, h. e. ἐπὶ δὲ ἃ πονεῖ ἢν κατακέηται. Iam habemus sanam sententiam.

IV. Eiusdem libri § 41 (L. VII. 268. 10): Τὸν δὲ ἐλλέβορον δι' ἕκτης ἡμέρης διδόναι καὶ ἤν κου τῶν ἄρθρων ἀποιδίσκηται καὶ μὴ θέλῃ ἀφίστασθαι, σικύην προσβαλὼν ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος, κατακεντῶν ἀκίδι τριγώνῳ ἐς τὰ γούνατα κτλ. Ἀποιδίσκηται et hic et nonnullis aliis locis (vel. huius libri § 17, L. pag. 206. 1) iam a Dindorfio recte emendatum est in ἐποιδίσκηται; offendit porro κατακεντῶν . . . ἐς, quod vehementer dubito num recte dicatur. Adeamus igitur cod. Vindob., in quo haec sunt: (cf. L. X. LXXIV) καὶ ἤν κου τῶν ἄρθρων ἀποιδίσκηται καὶ μῆσος δὴ καθίστασθαι, σικύην προσβαλὼν ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος ηκε τρωακίδος τριγώνου ἐς τὰ γούνατα κεντέειν κτλ., in quibus egregia latet lectio. ΜΗϹΟϹΔΗ enim est ΜΗ ΕΘΕΛΗΙ; ex ηκε τρωακίδος restituimus κέντρῳ ἀκίδος; quod superest η, errore librarii pro κ acceptum, est καί. Restitutam igitur lectionem habemus hanc: . . . . καὶ ἤν κου τῶν ἄρθρων ἐποιδίσκηται καὶ μὴ ἐθέλῃ καθίστασθαι, σικύην προσβαλὼν ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος καὶ κέντρῳ ἀκίδος τριγώνου ἐς τὰ γούνατα κεντέειν κτλ.

V. Eiusdem libri § 29 (L. VII. p. 242. 25) vulgo legitur: καὶ ὁκόταν διαῤῥηχθῇ (sc. ἡ χολὴ) τάχιστα μαίνεται καὶ ἀγανακτεῖ καὶ διαλέγεται ἀσύνετα καὶ ὑλακτέει κτλ.; ἀγανακτεῖ paene nihil valet inter tam grandia verba, qualia sunt μαίνεται et διαλέγεται ἀσύνετα. Cod. Vindob. eius loco habet: ἀνέσσει, h. e. ἀναΐσσει, aptissimum huic loco et verborum ordini. Conferendum est quod Epid. III. § 11

(L. III. 134. 9) legitur: Τρίτῃ, οἱ μὲν σπασμοὶ ἀπέλιπον· κῶμα δὲ καὶ καταφορὴ καὶ πάλιν ἔγερσις· ἀνήϊσσε, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο, παρέλεγε πολλά κτλ.

VI. De morbis I. § 13 (L. VI. 160) vulgaris lectio haec est: οὗτος ὅταν ἐς τοῦτο ἀφίκηται, ἀπόλλυται, καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖσιν ἔμπροσθεν, διαπύου τοῦ πλεύμονος καὶ σαπροῦ γενομένου ἢ τῆς γαστρὸς ῥυείσης τῆς κάτω. Haec, si in omnibus libris essent, non offenderent. Sed cod. Vindob. haec praebet: .... ἀφίκηται, ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δὲ ἡ (sic) καθάπερ ε. ε. τ. ε. διαπύου τοῦ πλεύμονος γενομένου ἡ τῆς γαστρὸς ῥυήσης κάτω, e quibus Ermerinsius nescio qua ratione haec fecit (ed. II. p. 154): ἀπόλλυται δὲ ᾗ εἴρηται (abiecta vocula καθάπερ, quae in omnibus libris est); ἡ . . . ἡ videlicet est ᾗ . . . ᾗ; ῥυήσης — ῥυείσης; ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δὲ perusitatum est genus dicendi scriptoris huius libri, cf. ead. p.: διαφθείρεται· διαφθείρεται δέ; p. 172: ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δέ; 174: δι' οὖν ἐφθάρη· διαφθείρεται δέ, alia multa. Denique confirmatur haec lectio luculentissime alio loco eiusdem libri (§ 14. L. 162. 16): ἢν δ' ἀμεληθῇ .... ἀπόλλυται· ἀπόλλυται δὲ οὗτος ἢ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἃ εἴρηκα ἔμπροσθεν (θ: ἐν τῇ πρόσθεν) ἢ ὑπὸ ἐμέτου κτλ.

VII. Eiusdem libri § 24 (L. VI. 190. 1) sic scribendum esse censeo: Ψυχομένου δὲ τοῦ αἵματος, ἀνάγκη ψύχεσθαι καὶ τὸ ἄλλο σῶμα πᾶν, καὶ καλέεται τοῦτο, ἢν μὲν ἰσχυρῶς γένηται [τοῦ τοιοῦτο γένηται· ἢν μὲν ἰσχυρῶς γένηται: θ. καλέεται ῥῖγος, ὁκόταν τοῦτο τοιοῦτο γένηται· κἢν μὲν ἰσχυρῶς γένηται: vulg.] ῥῖγός τε ἰσχυρὸν καὶ τέτραμος[1]· αἱ γὰρ φλέβες συσπώμεναι καὶ ἐπ' ἑωυτὰς ἰοῦσαι πηγνυμένου τε τοῦ αἵματος συσπῶσί τε τὸ σῶμα καὶ τρέμειν ποιέουσιν· κτλ.

1) Retinendum est hoc vocabulum neque mutandum in τρόμος. Invenitur enim in Erotiani glossario vocum Hippocraticarum (ed. J. Klein p. 126): τέτραμος· ὁ τρόμος. cf. Hesych. ed. Schmidt s. v. τέτρομος· τρόμος. Etym. magn. p. 560. 32. Hesych. IV. 147: τετραμαίνει· τρέμει· φοβεῖται.

VIII. De flatibus § 4 initio (L. VI. p. 96) vulgo sic legitur: Διότι μὲν οὖν ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὁ ἀὴρ ἔῤῥωται, εἴρηται, τοῖσι δ' αὖ θνητοῖσιν οὗτος αἴτιος τοῦ τε βίου κτλ. Paris. A pro ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν habet ἐν τοῖς ὁδοῖς, h. e. ἐν τοῖς ὅλοις vel ionice ἐν τοῖσιν ὅλοισιν, quae genuina lectio mihi esse videtur. Antea enim cum de aëris vi in mundo universo (τὰ ὅλα) disseruerit scriptor, iam illa paucis complectens ad animalia transit, cum dicit: διότι μὲν οὖν ἐν τοῖσιν ὅλοισιν ὁ ἀὴρ ἔῤῥωται, εἴρηται, τοῖσι δ' αὖ θνητοῖσι κτλ. Item. § 15 (L. p. 114) ex A recipiendum est: ἐν τοῖσιν ὅλοισιν.

IX. De victus ratione I. § 35 (L. VI. 518. 4) Cod. Vindob. haec exhibet: οὗτοι κλαίουσί τε οὐδενὸς ἕνεκα, δεδίασί τε τὰ μὴ φοβερὰ, λυποῦνταί τε ἐπὶ τοῖσι μὴ προσήκουσιν, αἰσθάνονταί τε ητιη οὐδενὸς προσήκει τοὺς φρονέοντας, quae verba Littraeus — quem secutus est Ermerinsius — emendasse sibi videbatur, cum scriberet: αἰσθάνονταί τε ἐτεῇ οὐδενὸς ὡς προσήκει τ. φρ. Immo, nil mutandum est, egregia omnia, modo recte legas traditas litteras: αἰσθάνονταί τε ἤ τι ἢ οὐδὲν (h. e. nostr. '*so gut wie gar nichts*') ὡς προσήκει τοὺς φρονέοντας.

Vita.

Ernestus Eduardus Schneider natus sum a. d. V. Id. Sept. a. h. s. LX in vico Muesen patre Friderico Eduardo, matre Elisa e gente Wurmbach. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum elementis imbutum linguae latinae et graecae initia me docuit Hermannus Romberg, divini verbi in ecclesia evangelica minister. Deinde missus sum Dillenburgium, ubi in Aemilii Becheri aedes quasi filius receptus per quinque annos egregia usus sum disciplina imprimis Spiessi, Hetzeli, Kuhsei, Kegeli gymnasii praeceptorum. Vere anni LXXXI maturitatis testimonium adeptus universitatem Berolinensem adii, cuius civis fui per ter sex menses. Autumno anni LXXXII hanc litterarum sedem Rhenanam petivi, cuius adhuc civis sum. Docuerunt me Droysen, Kiepert, Kirchhoff, Robert, Schmidt, v. Treitschke, Vahlen, Wattenbach, Zeller Berolinenses; Bender, Buecheler, Klein, Krafft, Luebbert, Mangold, Meyer, Neuhaeuser, Ritter, Schaefer, Usener, Wilmanns Bonnenses. Ut in seminarium philologorum Bonnense reciperer, factum est Buecheleri, Luebberti, Useneri benevolentia; ad seminarium historicum me admisit Schaefer; ut exercitationibus interessem epigraphicis benigne concessit Buecheler. His viris omnibus, praecipue autem Buechelero, Luebberto, Usenero, qui studia mea singulari benevolentia adiuverunt, gratiam quam maximam habeo et semper habebo.

Denique grato laetoque animo hoc loco memoro Schaarschmidtii liberalitate mihi contigisse, ut per annum bibliothecae regiae universitatis amanuensis essem et bibliothecae opibus uti possem liberrime.

Sententiae controversae.

I.

Librorum manuscriptorum, quibus Hippocratis qui falso feruntur libri de intern. affectionibus, de affectionibus, de morbo sacro, de morbis, de victus ratione, de mul. morbis traduntur, praestantissimus est Vindobonensis No. IV (Litr. θ).

II.

Hippocr. de aëre aquis locis cap. 4 (L. II. 18) γλυκαίνεται verbum corruptum speciosa Kühleweinii coniectura (Herm. XVIII. 27) ἁλυκὰ γίνεται optime emendatur.

III.

In libello 'de sublimitate' c. 4 (Jahn. edit. p. 14. 18) scribendum est ἐν τριάκοντα ἔτεσι. ἐν deest in libris.

IV.

Xenoph. de rep. Laced. III. 5 recipienda est lectio τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων (codd. Xenoph. ἐν τοῖς θαλάμοις) ex libello de sublim. c. 4 (Jahn. edit. 8. 15) et Stob. Flor. 44. 27.

V.

Aristoph. Equit. vv. 421. 422 et 427. 428 Demostheni, non choro tribuendi sunt.

VI.

Aristoph. Equit. 488:

ἀλλ' εἶμι· πρῶτον δ' ἃς ἔχω τὰς κοιλίας
καὶ τὰς μαχαίρας ἐνθαδὶ καταθήσομαι.

libri: ὡς ἔχω.

VII.

Tibull. I. 3. 17 librorum lectio retinenda est:

aut ego sum causatus: aves dant omina dira
Saturni aut sacram me tenuisse diem.

VIII.

Thucyd. VIII. 39: Ἐκ δὲ τῆς Πελοποννήσου ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι αἱ τῷ Φαρναβάζῳ Καλλιγείτου τοῦ Μεγαρέως καὶ Τιμαγόρου τοῦ Κυζικηνοῦ· πρασσόντων παρασκευασθεῖσαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νῆες ἄρασαι ἔπλεον κτλ. Harum navium antea nusquam mentionem fieri notandum est.

IX.

Ex Galeni commentariis ad emendandos libros Hippocr. non multum proficitur.

X.

Qui codicem Vaticanum (ι littera apud Littr. sign.) scripsit, in describendo libello 'de morbo sacro' duo exemplaria secutus est, alterum idque melius ab initio usque ad cap. VIII, alterum interpolatum a cap. VIII usque ad finem. Illius partes ab octavo capite suscipit cod. IV Vatic. fragm. (μ).

XI.

Hippocr. de capit. vuln. III. 208. 2 (L.) scribendum: μένοντος ὀστέου ἐν τῇ ἑωυτοῦ· φύσει. libri: μένον τὸ ὀστέον.
